



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

Qvottvplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

QVID.

*In hac autem definitione, neq; efficiens,
neq; finalis cause mentio sit.*

*Modestinus lib. I. regul.
de nuptijs.*

*Nuptiae sunt coniunctio maris & feminæ,
& consortium omnis vita, divini & humani
iuris communicatio.*

*Hac definitio priori consonat, nisi quod &
iuris communicationem addit. Fuerunt autem
Rome viro & mulieri, sacra gentilia commu-
nia. Inde quidam elicere conantur de necessitate
coniugij esse, marem & feminam debere eius-
dem religionis esse. Sed videtur haec probatio, ex
isto quidem loco imbecillis esset. Nos de eiusmodi
rebus infra differemus.*

Contraria.

*False autem nimis mutile definitiones, ut
coniugium esse carcерem, omnem vita libertatem
adimentem, & similes.*

QVOTTVPLEX,

Coniu-

QVOTVPLEX.

Coniugium duplex est, Legitimum & illicitum, vel licitum & illicitum, vel iustum & iniustum, que quidem vocabula idem valent.

Legitimum dicitur, quod iuxta leges diuinas & humanas factum est.

Illegitimum, quod contra leges Dei atque humanas iniustum est, ut sunt incestae nuptiae, quando nimis propinquo affinitatis seu cognatione gradu, duo iunguntur, vel unus sibi plures uxores copulat, absq; singulari Dei iussione vel dispensatione.

Coniugium aliud est initiatum, aliud consummatum.

Initiatum est, quando per dispensationem legitimam, ad coniugium duæ personæ destinate, manuq; consensionibus promissionibus ac vinculis colligata sunt, ea ratione, quod accedente publica per Ministrum Dei copulatione & nuptijs, velint in coniugio honeste vivere. Publicum autem dico, præsentibus nimirum aliquot nubibus, sine in templo, sine in domo priuata, aut ab loco commodo & honesto.

Consummatum est, quando solennitates, B 5 publicæ

DE CONIVG.

publica & honesta consuetudine recepta, accedunt, sive accesserunt, & sequitur sensu sequitur cohabitatio coniugalis. Hac diniſio ex verbis Ambrosij sumiuitur, cum inquit, Coniugum deſponsatione iniiciatur, commixtione perficitur. Etq; hec diſtinctio non contemnenda. Nam deſponsatione promittitur coniugium. Copulatio vero ſolemni & cohabitatione maritali, ſi amittitur ipſum coniugium. He autem diuifionis ex cauſa formalis potiſſimum naſcuntur.

Scriptura ſacra quoq; ſpiritualis & corporalis Coniugij meminit.

Spirituale, eſt ſpiritualis copulatio Chriſti & ſue Eccleſie, id eſt, omnium credentium, orata & miranda, de qua Oſea 2. ſcripturn est, Deſponsabo te mihi in ſempiternum, deſponsabo te mihi in iuſticia & in iudicio, & in misericordia, & in miſerationibus. Et deſponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum. Hac porro ſpiritualis coniunctio, qua ſuauifima & ſaluberrima eſt, nihil derogat corporali coniugio, quod eſt typus spiritualis illius coniunctionis. Ephe. 5. Mysterium hoc magnum eſt. Ego autem dico, in Chriſto & Eccleſia.

Corporale, eſt illa externa ſocietas animorum, corporum, retingens viuē huius temporalis ſolent

QVO TVPLEX.

Solent & alia divisiones afferri, ut Coniu-
m aliud est ethnicum, aliud Christianum.

Ethnicum est inter eos, qui sunt extra
Christi Ecclesiam.

Christianum vero, quod inter Christianos
contrarium est. Verum differentia consistit tan-
tum in personarum qualitate, quod aliae sunt re-
tate, aliae non. Coniugium autem ipsum per se,
sahabent substantia, sive genitiles sive pri
differunt.

Hiem aliud est faustum, aliud infelix. Hac
cum distinctio, non tam discrimeret Coniugio-
rum, quam animorum inaequalitatem, vel alia
accidentia declarat, sicut aliud est sterile, aliud
fecundum. Eiusmodi igitur divisiones transfi-
eri, contenti duabus primis, quarum in has
quidem tractatione potissimum usus est.

**DE CAVSA EFFI-
cientie.**

VNDE SIT.

Non temerè, non sapientia aliqua huma-
na, sed maris & famina honesta per omnenem vi-
tae